



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

Quæ in conferendis Ordinibus sint servanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

Qui *scrutinium* subterfugiens, furtivè ordines surripuit, puta ordinandorum multitudini, ignorante Episcopo, se ingerendo, is & majorum ordinum suscipiendorum spe, & ordinis illius, quem suscepit, privatur executione; nec eum, si sit excommunicatus, alius quam Pontifex Romanus potest restituere; omnino si non excommunicatus. c. 1. & 2. de eo qui furt. ordin. susc. can. extra conscientiam. dist. 64. can. quando. dist. 25. can. si quis Presbyter. c. fin. dist. 24. can. ex penitentibus. dist. 50.

A *scrutinio* tamen illo seu *examine* excipit Synodus Tridentina presentatos, electos, seu nominatos ab Universitatibus sive Collegiis Generalium studiorum: d. sess. 7. de reformat. cap. 13. Quod tamen videtur revocare. sess. 24. de reformat. cap. 18. Sed loquitur de provisione ad Ecclesiam Parochialem. Gonzal. ad reg. Cancell. 8. gloss. 4. num. 90. Garc. de benef. part. 9. cap. 2. num. 103. Lambertin. de Jure patronat. part. 1. lib. 2. qu. 11. art. 3. num. 5. Flamin. de resignat. lib. 8. qu. 9. num. 83. non seq. alius quos alleg. Barbof. in remiss. ad d. c. 18.

TITULUS XXIV.

Quæ in conferendis Ordinibus sint servanda.

SUMMARIA.

- 1. Solemnitatum in ordinatione adhiberi solitarum recensio.
- 2. An aliqua earum omissione reiterari potest ordinatione.

Sequitur nunc, ut videamus de his, quæ servanda sunt in Ordinibus conferendis. Sunt autem ea, secundum Ecclesiæ ritum, de quo in Pontificali specialia multa; nos referemus generalia.

Nempe 1. In collatione Ordinum, non minorum, *Fumus in Armilla* verb. Ordo. num. 9. Angel. eod. verb. 4. num. 5. sed majorum, ab ordinante est, (ut & supra admonuimus) celebranda Missa; non tamen

Ggg 3

scrutinium
Personis
Ecclesiæ

IV

32

men de necessitate, *Dd. inc. quod sicut. de elect. Armill. d. loc.* sed de necessitate, & usu; *Imola in d. c. quod sicut. num. 16. Barbof. de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 14. num. 16.* & sic de necessitate præcepti, non sacramenti. *Gloss. verb. dividatur. in d. c. quod sicut. Campan. divers. in Canon. rubr. 6. cap. 2. num. 19. Barbof. d. loc. all. 11. num. 11.* 2. Et Ordinans & Ordinandus debent esse jejuni; *can. 1. can. quod à Patribus. & can. seq. dist. 75. ut & supra diximus.* Idque ad exemplum Apostolorum. *ut inquit Papa Leo in can. quod die. 5. d. dist. 3.* Qui ordinatur, tactu corporali tangere debent instrumenta Ordinum singulorum, quæ eis porriguntur. *Barbof. lib. 1. Jur. Eccles. uni. v. cap. 33. num. 19.* 4. Ritus & caremonia, ab Ecclesia traditæ, ut in Pontificali, supra eam in singulis à nobis relatæ, sunt accuratè servandæ. Qui, si non sunt iidem apud Græcos & Latinos, nec Latini à Græcis, nec hi ab illis sunt ordinandi. *c. cum secundum. c. translationem. de tempor. ordinat. Azor. Instit. moral. part. lib. 3. cap. 48. qu. 14.* Latinorum tamen ungenitum in consecrationibus & ordinationibus servare debent Græci. *can. de sacra unct. 5.* Fieri debet ordinatio solemniter in Ecclesia Cathedrali vel alia ex Diocesis dignioribus; *can. 1. d. dist. 77. Rebuff. in reg. 1. Cancell. vers. & Minores. Concil. Trident. sess. 28. de reform. cap. 8. prædictibus Canonibus, d. Concil. Trident. d. loco. ut Clero. Garc. de benef. part. 8. cap. 1. num. 77. in fine. statutis jure temporibus. can. 1. & 3. & ult. dist. 75.* 6. Gratis; *can. placuit. ill. 1. caus. 1. qu. 1. can. sicut Episcopus. qu. 2. c. 1. de Simon. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 1. Campan. d. tract. & rubr. 11. cap. 17. per tot. Bonac. de Simonia. qu. 4. §. 3. num. 3.* 7. Ordinatus adscribi debet alicui Ecclesiæ, aut loco pio, ubi fungatur munere suo; *Concil. Trident. d. sess. 23. de reform. cap. 16. & 17. idque in ipsa promotione. ex S. Congreg. Concil. teste Garcia de benef. part. 2. cap. 5. num. 101.*

2. Ordinatione semel factâ, ea, licet in ordine quid sit præteritum, non iterabitur; sed, quoad fieri possit; id quod per errorem, vel incautè neglectum est supplebitur. *c. 1. de sacram. non iterand. c. Probyter. eod. Ratio est in c. 1. eod. & can. sacramenta. 34. can. manus. 7. caus. 1. qu. 1. Nisi omninò contra Ecclesiæ formam ordinatio fuerit facta. arg. can. 52. sine exceptione. 12. qu. 2. can. 1. caus. 30. qu. 5.*